



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

2. Quis in casu necessitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

C A P V T II.

De Ministro Baptismi:

§. I. *Quisnam sit, præscindendo à casu necessitatis.*

1. **M**inister Ordinarius Baptismi est Sacerdos, &
quidem proprius, idest Parochus.

Hinc, non solum Laici, extra necessitatem baptizantur, peccat, sed etiam alius Sacerdos, quamvis hic sit Parochus alterius Parochiæ, nisi de licentia Episcopi, qui certè est supremus Parochus suæ diocesis, vel de licentia proprii Parochi, quæ sola sufficit, neque enim ad Baptismum requiritur approbatio Episcopi, sicuti requiritur ad Sacramentum Pœnitentiæ.

2. Inquires Qualenam est hoc peccatum?

Respondeo, cum Navarr. *cap. 27, n. 7. ex c. interdici-*
mus 2. q. p. Castrop. alios citante de *bapt. diff. unic. p. q. n.*
2. & G. Hurr. d. 2. de bapt. diff. 2. vers. Diaconus ergo, esse
mortale ex genere suo, & contra iustitiam, quia agitur
contra officium alterius, nisi excusetur baptizans, à li-
centia prescripta Parochi, quæ certe sufficit.

3. Dixi *ex genere suo*, nam si fiat semel, aut bis, non contradicente Parocho; seu non multum ipso de hujusmodi collatione laborante: videtur esse parvitas materiae, adeoque ad summum veniale.

4. Inquires iterum. Vicarius Generalis potestne sine peccato baptizare oves Parochi suæ diocesis, aliisque licentiam hanc concedere, contradicente Parocho? Præscindimus autem ab eleemosyna, quæ fortè ex lege, vel consuetudine cedit Parocho ex collatione baptismi, ea enim omnino Parocho semper debetur.

5. Respondeo ex speciali Episcopi concessione data circa baptismum suo vicario, posse sine dubio. Nam sicut potest ex se Episcopus, quia, ut diximus, est supremus Parochus, ita potest eam potestatem aliis delegare.

6. At ex sola Vicariatus constitutione, quid dicendum?

Respondet. Colligo ex Babosa de *poest. Episc. p. 1.*
Alleg. 4. posse. Is enim docet, vicarium ea non posse
sine speciali commissione que propter rei gravitatem
indiget speciali concessione. At non est tanti Baptis-
mum conferre, licentiamque ad illud conferendum dare.
Et quidem idem ibidem ponit per extensum quadra-
ginta novem casus, in quibus dictus Vicarius indiget
prædicta peculiari concessione, inter quos, ille, de quo
agimus, nequaquam adest.

7. An religiosi ex privilegio possint extra necessitatem baptizare sine Parochi licentia, vide Castropalaum de bapt. d. unic. p. 9. n. 3. qui cum Suario docet, solum eos posse in terris Infidelium, ubi nondum fundatae sunt Ecclesiae. Extra necessitatem ergo Religiosi nequeunt sine licentia Parochi baptizare, solemniter, sicuti nequeunt ceteri Sacerdotes, cum ejus auctem licentia non peccabunt contra ius Parochi, sed tamen peccabunt, quia iis prohibuit esse in Sacris Canonibus. Verum contra hanc prohibitionem ire, non peccare eos, nisi levissime venialiter, & facile posse excusari ex sola voluntate Patris, id est ex devotione à Religioso parentis, fuisse probat Quintana advenas de bapt. sing. ult. An iidem possint esse Patrimi, dicam loco suo infra c. 4. §. 2. c. 20.

§. II. *Minister Baptismi in casu necessitatis.*

1. **I**N necessitate, hoc est, quando est periculum, ne quis abque Baptismo decedat, quod periculum Medici, vel Obstetrices, vel viri pruden cognoscere debet, nec tamen scrupulose, quia quilibet rationabilis timor mortis sufficit, ut benignissime docet *Quintanad. de bapt. singul. 20.* in necessitate, inquam, quilibet quolibet baptizetur licite valet.

2. Docemus tamen hunc ordinem esse servandum, ut scilicet absente Parocho, hoc Sacramentum administret

Sacerdos quicumque, hoc absente, Diaconus, presbyter, diaconus, et tum Acolitus, tum Exorcista, tum Laicus, tum Otiarius, tum denuum Clericus primus, secundus, tertius, tum Fecunda, ultimo Hæreticus, Infidelis, Infamis, Laicus non excommunicatus, admittitur ad Sacramenta. Th. 3. p. 9. 6. 7. ar. p. deinceps, aliique per Laicum non excommunicatum præfati dantur. Excommunicatus, imo, & Sacerdoti excommunicato, tum non excommunicato, non tolerato, docet G. Hurt. de lupo, 2. c. 1. ne, sed non esse præferendum merito docet Hæreticus Vgolin. ap. Leandrum de excommunicato, c. 1. 2. 3. De Lugo de pœnit. d. 18. n. 37. contra Suarez, c. 1. 2. 3. pro ultimo articulo, æque est Minister non excommunicatus, atque excommunicatus.

3. Circa prædicta sunt adoranda tria. Primum
 est, ut hunc ordinem, non videtur (teste Sorozano
*q. 9. m. art. 5. Valentinus dub. 4. q. 2. p. 2. de vesp. quæstio
 tem & Bonac.* multos citans d. 2. de bapt. q. 2. p. 2. q. 2. p. 2.)
 gravis, præscindendo ab alio inconveniente quibus
 si Hæreticus præferretur Catholico cum scilicet
 cum periculo confectendi invalide Baptismus, et
 etiam inconveniens, ait, Val. l. c. occurrentes, si licet
 inferior vellet præferri Sacerdoti volenti baptizari
 enim peccaret mortaliter laicus, seu inferior, et
 sit proprium Sacerdotis munus, licet non cum
 officii proprietate, ut quando ipse abest, nec
 possit alius ministrare. Quidquid sentiat Cuiuspiam
 d. unic. p. q. n. 10. qui in hac administratione potest
 Sacerdotem putat, semper esse mortale.

4. Quæres, Si adest mulier v. g. quæ probabiliter
caretur esse in statu gratiæ, adest autem & vir
Sacerdos, qui ob publicum ejus concubinatum
taretur esse in mortali, essetne in actione prædicta
zandi, præferendus vir seu Sacerdos talibus, an
iust? Respondetur cum Filiiu. hic de Sup. præfatus.
Cum enim ministrare in mortali hoc baptizandi
vatim, & sine solemnitate, non fit mortali in legi-
mus l. p. de Sac. in gen. c. 2. §. 3. non est, unde ad præ-
dictus legitimus fit præterventus.

5. Secundum. Non solum est congruum, sed et
omnino est, Superiorem cedere ejusmodi officio in-
riori, virum v.g. mulieri, quando inferior est petitor
baptizandum, ut nimirum sic securius confectum
necessitatis Sacramentum.

6. Terrium. Qui baptizat in necessitate, conseruatur
gnatione spiritualement cum baptizato, & cum eius pa-
tribus, qui etiã tum, vere baptizat excipe quod dicatur

7. Arque in hoc adverte notabilem differentiam. Nam baptizatur in prædicta necessitate certo contrahit copulationem, ut iam dixi. At eum, qui in eadem necessitate, ut timet, sacro Fontis fuisse baptizatum, cogitatione non contrahere, solum est probabile, cum aliqui negent, ut trahere, aliqui affirmant, ut infra c. 4. §. 1. 3. c. 1.

8. Illa tamen hic adest limitatio. Nam Puti
zans in prædicta necessitate Filium legitimum
non contrahit cognationem cum uxore sua, improprie
debitum petere, quia sic manifeste disponitur in
C. ad Limina 30. q. 2. id quod cum *C. Hinc*, et
diff. 6. sine, intelligo, etiam si adfuerit possibilia
tizare, esto *Sanch. l. 7. mar. d. 57* putet contrahere
et alii adfuerit.

9. Dixi *Filius legitimus*. Si enim Pater
lium suum natum ex sua Concubina, et concupiscentem
non legitimum, ita contrahit cognationem spiritum
cusa illa, ut non possit eandem docere in vocatione. *Beatus*
Sanch. Henricus alioquin quos citat, sequitur Bonae
de matr. p. 5. §. 2. n. 11. Ratio hujus doctrinae inde ducitur
quia Regula generalis est, ut contrahatur dicta cognatio
inter baptizatum, et parentes baptizati, et filium suum
dicto iure, *Ad limina* excipitur baptizans in necessitate
suum filium susceptum a sua coniuge. Et propter pater
tem rationis, Filium ejusdem suae coniugis natus legitimum
quam Siculi appellamus. Filiaigitur, ut manifeste colligitur
ex dicto c. ad limina. At illa Concubina, Contra non
10. Quia

10. Queres. Si Pater, vel Mater baptizent proprium filium, vel filium legitimum alterutrum extra necessitatem, privanturne jure petendi de bitum conjugale?

Respondeo. Quamvis mortaliter peccent, quia faciunt contra Sacros Canones adductos ab Hurtado, de marr. 4.10. diff. 6. tamen non privantur dicto jure ex probabili opinione, quam contra communem sequitur, & probat idem Hurtados. Summa autem probationis est, quia si aliquis Canon eam privationem præcipit, jam, licet à Canonibus posterioribus correctus. Idem propter eandem rationem dicemus infra c. 4. §. 2. n. 17. si Pater, & Mater sint Patris sui propriæ sobolis.

§. III. De obligationibus Ministri Baptismi, quando is conferitur extra necessitatis articulum.

I. Minister quando extra necessitatem baptizat, baptizatur obligatur cum solemnitatibus ab Ecclesia institutis: qui secus facit, peccabit ex genere suo mortaliter. Nec Minister solum, verum etiam ipse baptizandus, si sit adulter, & quicumque alius, qui sit causa ommissionis hujusmodi. Ratio est, quia sic fieret contra Sacros Canones. Clem. vnic. de Baptismo. & contra recentim Ecclesiæ in re ex se gravi. Ita Leand. de bapt. d. 4. §. 6. plures adducens, contra admodum paucos.

2. Solemnitates breviter collectæ, quas Juribus explicat Castropalaus de Bapt. d. vnic. p. 12. hæ sunt ex Rituali Romano.

I. Adhibenda est aqua naturalis, non tamen qualibet, sed benedicta in Sacro Fonte.

II. Adhibendus est Patrinus.

III. Imponendum nomen.

IV. Ficienda professio Fidei, seu publica recitatio Symboli Apostolici.

V. Impressio signi Crucis in fronte, & pectore baptizandi.

VI. Abjuratio Dæmonis, & trina insufflatio.

VII. Applicatio Salis exorcizati in ore baptizandi.

VIII. Terna Tinctio auri, & nari ejusdem cum saliva.

IX. Impositio manus Sacerdotis super caput ejusdem, & Benedictio.

X. Vnctio pectoris, & scapularum ejusdem cum Oleo benedicto.

XI. Vnctio verticis ejusdem cum Chrismate, & quidem illius anni, nisi necessitas cogat.

XII. Cooperatio dicti verticis jam vncti cū veste cādida.

XIII. Portectio cerei accessi ipsi iā vncto, & sic cooperito.

XIV. Hæc debent fieri in Ecclesia.

XV. Sacerdos debet esse vestitus Superpellicio, & Stola.

¶ Porro, circa contemptum, & grave scandalum vnum, vel alteram re ex his levem omittente, esset veniale; omnes, vel gravem aliquam, mortale profecto esset, licet benignius loquatur Posslevinus, quem refert, & non reitit Medulla Theologica, In tractatu de Bapt. dub. 5. num. 5.

4. Diximus autem supra c. 1. §. 2. n. 2. vti aqua naturalis, sed non benedicta, non esse mortale ex probabili sententia, omittente autem Patrinum esse mortale dicimus infra c. 4. §. 1. n. 2. quando baptismus conferitur solemniter extra articulum mortis.

5. Sed quid de loco? Respondeo, Qui sine necessitate aliquem baptizat extra Ecclesiam, domi, v.g. vel etiam in Oratorio privato, peccat mortaliter. Ita Suar de bapt. d. 3. §. 2. n. 2. gravis est, secundum Quintanad. de bapt. sing. 1. Castrop. l. max citando n. 16.

6. Non te prætereat tamen, in jure concedi, ut Liberi Regum, vel Principum, baptizentur in domo privata, sed intellige ex Suar. l. c. in privato Oratorio, & cum solemnitatibus consuetis.

7. Sed quis censendus erit Filius Principis? Respondet Suarez citatus his verbis Glossa lata disputat quidem nomine Principis comprehendatur, & adductis variis Juribus concludit, illa voce plus videri significari, quam nomine Ducis, vel Marchionis. Quod videtur verum, quando hi non sunt supremi, sed sub Regibus constituti.

Solum igitur posse vti hoc Privilegio Reges, vel filij supremæ Potestatis, qui fere Regibus æquiparantur. Hæc Suarez, Glossa autem ibidem addit, Regis, vel Principis Filios & Nepotes, quo pacto intelligeretur omnes descendentes per lineam rectam, qui nomine Liberatorum veniunt. Nunquid ergo in infinitum? Nequaquam puto, sed solum, donec Regia Majestas, Regiisque decor in Nepotibus conferatur. Sic enim ex intentione Legislatoris interpretari. Privilegium in hoc omnino debemus. Lege Quintan. de bapt. signif. 21. qui adhuc benignius loquitur, cuius tamen benignitas sequi nolo. Denique nota non esse, ut legere est in Med. Theol. de Bapt. c. 1. dub. 5. n. 6. Bon. Coninch. & Henr. apud Castrop. max citandum, probabilitate, repetendas prædictas ceremonias, si forte Baptismus solemniter celebratus comprehendatur fuisse nullus: sicut etiam supra diximus, non esse eas iterandas, si quando quis sub conditione est rebaptizandus, tunc enim satis, superque erit, ipsam solum substantiam Baptismi, etiam secretissime, repetere, esto Castrop. de Bapt. disp. vnic. p. 12. n. 23. & 24. putet, in priore casu ex prædictis esse repetendas.

Quod si ob necessitatem Domi, sine dictis solemnitatibus fuit Baptisma collatum, oportere eas in Ecclesia suppleri, docet cum multis Castrop. l. c. n. 22. sed sub qua culpa, non explicat, Quintan. tamen de bapt. sing. 8. n. 4. citans Sorum, Vigherium, Zambran. & alios, dicit, hanc esse culpam mortalem; nisi forte aliquod in iis supplendis, scandalum, vel grave damnum timeretur. Invenio nihilominus aliquos ut Caët. apud Quintan. l. c. & Med. Th. d. bapt. c. 1. dub. 5. n. 5. citant Posslevinum & alios dicentes præciso contemptu, esse tantum veniale, illas non supplere.

CAPUT III.

De subiecto Baptismi.

1. Quæ hic ad praxim faciunt, tria sunt omnino. Primum pertinet ad infantes, qui nascuntur à Fidelibus. Secundum, ad infantes, qui nascuntur ab Infidelibus. Tertium ad adultos rationis compotes, Amementes à nativitate inger Infantes connumera, ac propterea more Infantum baptizandos. Lege Castrop. de bapt. d. vnic. p. 6. num. 15. Hurtad. d. 3. de bapt. diff. 2.

§. I. De Baptismo Infantum, qui nascuntur à Fidelibus.

Hi statim sunt baptizandi. Et quamvis nullum videatur adesse præceptum, quo teneantur Parentes, vel curam Infantum habentes, eos statim baptizare quando nullum apparet periculum decedendi sine Baptismo, tamen, ex receptissima, gravique Ecclesiæ consuetudine, sub mortali obligantur non valde differre.

2. Sed quantum est hoc valde? Respondeo. Bonacina d. 2. de bapt. q. 2. p. 2. n. 6. citans Val. Henric. Vasc. putat dilationem trium, vel quinque, vel plurium dierum non esse mortale, additque in hunc modum. Immo absolute Baptismus differri posse, nonnulli docent, dum rationabilis causa subest, nec imminet mortis periculum ut hic semper supponimus, nec forte in ea Diocesi ad sit peculiare præceptum.

Ochagavia quasi. 18. num. 3. differri posse ait, ad arbitrium prudentis, cum non sit definitum ab Ecclesia, quo die sit conferendus, cavendum tamen esse, ne nimium sine causa differatur.

Bartholomæus Bar. Led. diff. 14. quem sequitur Leand. de bapt. q. 14. ait, posse differri in diem octavum, immo, usque ad decimum, vel duodecimum Petrus de Ledesma c. 17. de bapt. censet quindecim, aut viginti dies differre esse nimis, atque adeo mortale sine virginti causa.

Ex his placitis elige tibi, quod probabilius in circumstantiis, in quibus casus occurrerit, apparebit.

3. Ad subiectum Baptismi pertinet, an Multi valide, & licite simul, id est per vnicam formam, (posito, quod singuli abluantur) baptizentur, vel unus à multi, sed

B 2 quia